Non sicuti verus ille Socrates, quem e Xenophonte cognovimus, semper in publico versatur, sed habet ludum litterarium, in quem novitii initiantur ludicris caeremoniis (Nub. 254 sqq.), quibus non magis quam initiatis in Eleusiniis mysteriis quicquam eorum, quae in ludo aguntur, communicare licet, ib. 140. Continuo delitescunt in scholae umbra, neque

οἷόν τ' αὐτοῖσι πρὸς τὸν ἀέρα
ἔξω διατρίβειν πολὺν ἄγαν ἐστὶν χρόνον

(v. 199), unde miserum in modum pallent 102, 120, 504 etc. [Defendit se ab ho[c] crimine Socrates in Platon. *Apolog.* p 33 a: ἀλλ' ἐγὼ διὰ παντὸς τοῦ βίου δημοσί[ᾳ] τ' εἴ πού τι ἔπραξα, τοιοῦτος φανοῦμαι, κα[ὶ] ἰδίᾳ ὁ αὐτὸς οὗτος, οὐδενὶ πώποτε ξυγχωρή[σ]ας οὐδὲν παρὰ τὸ δίκαιον οὔτ' ἄλλῳ οὔτ[ε] τούτων οὐδενί, οὓς οἱ διαβάλλοντές μέ φασι ἐμοὺς μαθητὰς εἶναι, ἐγὼ δὲ διδάσκαλος μὲ[ν] οὐδενὸς πώποτ' ἐγενόμην· εἰ δέ τίς μο[υ] λέγοντος καὶ τἀμαυτοῦ πράττοντος ἐπιθυμε[ῖ] ἀκούειν εἴτε νεώτερος εἴτε πρεσβύτερος, οὐδεν[ὶ] πώποτ' ἐφθόνησα. Hinc Xenophontem e[t] Platonem videmus nomen μαθητῶν num[quam] Socraticis dare]. Socrates, vel u[t] discipuli eum appellant αὐτός (219), puru[s] putus ludi magister est, qui discipulis ver[bera] minatur (ib. 493), et non, qui mo[s] Socratis erat, interrogando insinuat pla[cita] sed praecipiendo docet, ut vere obser[vat] Hermannus in *Praef. Nub.* XLV Sophistarum more iis proponit quaestione[s] (προβάλλει cf. 144—154, 489, 757), et ips[as] quas sibi proponunt discipuli solvit (154—179). Sunt autem illa προβλήματα perr[i]dicula ut v. c. illud de pulice πόσους ἅλλοιτ[ο] τοὺς αὑτῆς πόδας (v. 145), quod Xenopho[n] in *Symposio* VI 8 imitatus est, sed quibu[s] meliora non expectes ab eo, qui est λεπτο[τά]των λήρων ἱερεύς (v. 359 coll. 1404) et dis[]cipulos docet λεπτολογεῖν καὶ περὶ καπνο[ῦ] στενολεσχεῖν.

Divinae autem illius artis bene distin[]guendi, qua Socratem apud Xenophon[]tem semper uti videmus, apud Socrate[m] Aristophaneum nec vola nec vestigium est contra irrideri videtur v. 740 seqq.

Audax novator est circa res divinas [et] recedit ab opinionibus, quas vulgo de d[iis] habebant (cf. 830 ubi Μήλιος dicitur, d[e] quo vide p. 492); abiecit enim Iovem, cete[]rosque deos quos Graecia colebat inqu[e] eorum locum alios introduxit (424)

τὸ χάος τουτὶ καὶ τὰς νεφέλας καὶ τὴν γλῶττ[αν]
τρία ταυτί,

uae numina adorare praecipit Strepsiades. urat itaque non per deos, sed per ἀναπνοήν, haos et aërem (627) et eius exemplo trepsiades per eundem aërem (667) et per αίχλην (814). Eadem opera qua deos, pud omnes receptas fabellas abicit quas e iis vulgo narrabant; sic v. c. v. 397 npugnat quod vulgo credebant Iovem eriuros fulmine percutere, cui adde, quod it ὁ ἄδικος λόγος, iustitiam apud Iovem sse non posse, quippe qui suum ipse paem in vincula coniecerit (904, conf. 1080). n eo quoque Aristophanes Socratem imietatis insimulat, quod dicat eum se dedere iani rerum caelestium et subterranearum erscrutationi (περιφρονῶ τὸν ἥλιον (225) et ητεῖ σελήνης τὰς ὁδούς 171), nam, ut ommode observat Plato in *Apolog.* p. 18 c ἀκούοντες ἡγοῦνται τοὺς ταῦτα ζητοῦντας ὐδὲ θεοὺς νομίζειν. Observat autem τὰ ετέωρα e κρεμάθρας in qua ἀεροβατεῖ, quod ua de caussa faciat vide iocułariter expotum 225 sqq. Docet caelum esse furnum 95), quod iam ante Aristophanem Cratium in Πανόπταις Hipponi obiecisse auctor st Schol. ad h. l.; explicat porro stupenti ustico caussas unde pluvia, fulmen et tonivu oriantur, quas vide 375—412. Quaesones quoque περὶ τῶν μετεώρων discipulis roponit (490), qui ad magistri exemplum eometriae et astronomiae operam dant 194, 201 sqq.) et insuper ζητοῦσι τὰ κατὰ ῆς (188 cf. 192), ne quam mundi partem iexploratam omittant.

Sed praeterquam quod discipulos impiis pinionibus imbuit et inanibus his τῶν ετεώρων investigationibus ab utilioribus udiis avocat, docet

λέγοντα νικᾶν καὶ δίκαια κἄδικα

99), quae praecipua pars est eius discilinae et id ipsum propter quod plerique cholam eius frequentant. Priusquam tamen s hanc graviorem scilicet disciplinam radit, eorum animos Sophistarum more raeparat (658) studiis grammaticis: docet nim eos μέτρα, ῥυθμούς, et ἔπη (h. e. ὀρθοέπειαν quam Protagoras imprimis doceat: conf. Heindorf. ad Plat. *Phaedr.* § 114, ristotel. *Rhetor.* III 5).

Post hanc demum προπαιδείαν discipulum docebat λέγοντα νικᾶν καὶ δίκαια κἄδικα. Habet scilicet Socrates

ἄμφω τὼ λόγω
τὸν κρείττον', ὅστις ἐστί, καὶ τὸν ἥττονα·
τούτοιν τὸν ἕτερον τοῖν λόγοιν τὸν ἥττονα
νικᾶν λέγοντά φασι τἀδικώτερα,

(112) quorum ὁ ἥττων λόγος quare ita dictus est docet ὁ ἄδικος λόγος v. 1038. Tradit itaque Socrates artem, qua quis caussam inferiorem dicendo superiorem reddere possit et vel absurdissima et iniustissima quaeque defendere, quam artem tam bene docet, ut Phidippides, qui antea ne tria quidem verba sine vitio dicere posset (872) ex eius disciplina perfectus sophista redeat: conf. 806, 1405 sqq., 1177 sq., 889—904, 1399.

Hoc autem modo instituendo iuvenes penitus corrumpit et depravat: qui enim antea fuerant modesti (961) pii, verbo qui ᾐσχύνοντο τοῖς αἰσχροῖς (992), ex eius disciplina prodeunt audaces, improbi, omni pudore carent (909, 1329), λαλιὰν μόνον ἀσκοῦσι (931), relictis palaestris balnea calida et forum frequentant (1054), contemnunt patria instituta (1400), postremo νομίζουσιν οὐδὲν αἰσχρὸν (1078, 1020), et eo impietatis procedunt, ut parentes verberent (1321 sqq.) πρὸς δὲ τοῖς Σκιάποσιν λίμνη τίς ἔστ' ἄλουτος οὗ ψυχαγωγεῖ Σωκράτης Av. 1555; τί δῆτ' ἂν ἕτερον εἰ πύθοιο Σωκράτους φρόντισμα Nub. 155; ἥσθην γαλεώτῃ καταχέσαντι Σωκράτους Nub. 174; ταῦτ' ἢν ποιῇς, οὐδέν σε κωλύσει σεαυτὸν ἐμβαλεῖν ἐς τὸ βάραθρον μετὰ Σωκράτους καὶ τὸν λόγον τὸν ἥττω ib. 1450; οὐ ταὐτόν, οὐδ' ἂν Σωκράτει δοκοίη ib. 1432; χάριεν οὖν μὴ Σωκράτει παρακαθήμενον λαλεῖν Ran. 1491 (de Euripide); δεῖξον ὡς τάχιστά μοι τὸν Σωκράτη Nub. 182; νῦν οὖν ὅπως τὸν Χαιρεφῶντα τὸν μιαρὸν καὶ Σωκράτη ἀπολεῖς μετελθὼν ὧν σε κἄμ' ἐξηπάτων ib. 1465: ὡς ἐμαινόμην ἄρα ὅτ' ἐξέβαλλον τοὺς θεοὺς διὰ Σωκράτη Nub. 1477; ὦ Σώκρατες Nub. 220, 221, 314, 736, 784, 866; οἴμοι Σώκρατες ὥσπερ μὲ τὸν 'Αθάμανθ' ὅπως μὴ θύσετε Nub. 258

Σωκρατίδιον: Nub. 222, 236 ὦ Σωκρατίδιον; ib. 746 ὦ Σωκρατίδιον φίλτατον

Σωσίας: nomen servorum usitatissimum: in Vesp. 78, *ὁδὶ δέ φησι Σωσίας πρὸς Δερκύλον εἶναι φιλοπότην αὐτόν*, inter spectatores aliquem notatum esse dicit scholiasta cui assentiuntur Dobraeus, et Berglerus, quod Sosias servus quo morbo herus laboret sciat; *ὦ Ξανθία καὶ Σωσία καθεύδετε;* Vesp. 136

Σωστράτη: nomen mulierum; Ecc. 41; *Μυρτίας τῆς Ἀγκυλίωνος θυγατέρος καὶ Σωστράτης* Vesp. 1397; *τὴν καρδόπην (χρή σε καλεῖν) ὥσπερ καλεῖς τὴν Σωστράτην* Nub. 678 (ubi Sostratus perstringi videtur); *Τιμόκλει' ἐπεστάτει· Λύσιλλ' ἐγραμμάτευεν· εἶπε Σωστράτη* Th. 371 (in formula psephismatum, ubi tres semiviros Timoclem, Lysiclem, Sostratum tecte irrideri vidit Fritzschius)

Σώτειρα: *τὴν Σώτειραν ἣ τὴν χώραν σώσειν φήσ' ἐς τὰς ὥρας* Ran. 378 h. e. Minervam: vide p. 518 not. 17.

T

Ταγηνισταί: fabula Aristophanis; vide fragmenta p. 748—751

Ταίναρον: *τῆς Λακωνικῆς ἀκρωτήριον, ἐν ᾧ στόμιον ἦν κατάγον εἰς Ἅιδου· ἐνταῦθα δ' ἦν καὶ Ποσειδῶνος ἱερὸν Ἀσφαλείου.* SCHOL. ad Ach. 510 *Ποσειδῶν οὑπὶ Ταινάρῳ θεὸς αὐτοῖς (τοῖς Λακεδαιμονίοις) σείσας ἅπασιν ἐμβάλοι τὰς οἰκίας.* (De Neptuno in promontorio Taenaro, ubi templum et specus subterraneus eius fuerunt, a Lacedaemoniis culto vide Pausan. III 25, 4: *ἐπὶ δὲ τῇ ἄκρᾳ ναὸς εἰκασμένος σπηλαίῳ καὶ πρὸ αὐτοῦ Ποσειδῶνος ἄγαλμα*); *τίς ἐς τὸ Λήθης πεδίον ...ἢ 'πὶ Ταίναρον;* Ran. 157

Ταντάλειος: *Πέλοψ ὁ Ταντάλειος ἐς Πῖσαν μολὼν* Ran. 1232 (ex Eurip. *Iphigenia Taurica*)

Τάρταρος: *ὁ ὑπὸ γῆν κατώτατος τόπος; οὗτοι δ' ἐρεβοδιφῶσιν ὑπὸ τὸν Τάρταρον* Nub. 192; *Χάος ἦν καὶ Νὺξ Ἔρεβός τε μέλαν πρῶτον καὶ Τάρταρος εὐρύς* Av. 693; *κατὰ Τάρταρον εὐρύν* Av. 698

Ταρτήσιος: *Ταρτησία μύραινα* Ran. 475, quibus verbis non venenatam istam, sed alteram muraenam Tartesiam, heluonum delicias (Aul. Gell. *Noct. Attic.* VII 16) ingeniose ut solet intellegit Fritzschius ita ut Aeacus, cum perniciem minitari videatur, revera tamen spem faciat, Pseudherculem ad lautissimas epulas vocatum iri. Berglerus ad vocem *Τάρταρος* allud suspicatur

Ταΰγετος: mons Laconiae: *ἐγὼ δὲ καὶ ποττὸ Ταΰγετόν γ' ἄνω ἔλσοιμ' ὅπος αἰ μέλλοιμί γ' εἰράναν ἰδεῖν* Lys. 117; *Ταΰγετον αὖτ' ἐραννὸν ἐκλιπῶα (ἐκλιποῦσα) Μῶα (Μοῦσα) μόλε λάκαινα* Lys. 1298

Ταυροπόλος: *νὴ τὴν Ταυροπόλον* Lys. 447 sc. *Ἄρτεμιν.* Confer Eurip. *Iphig. Taur.* 1457 *Ἄρτεμιν δέ νιν βροτοὶ τὸ λοιπὸν ὑμνήσουσι Ταυροπόλον θεάν*: et vide LOBECK. *Aglaoph.* p. 1089 et ad Soph. *Aiac.* v. 172

Τελαμών: *εἴτις ᾄδοι Τελαμῶνος* Lys. 1237 sc. scolion de Telamonis filio Aiace a Pindaro compositum. Extat apud Athenaeum XV p. 695 C:

> *παῖ Τελαμῶνος Αἶαν αἰχμητά, λέγουσί σε*
> *ἐς Τροΐαν ἄριστον ἐλθεῖν Δαναῶν μετ' Ἀχιλλέα.*

Vide s. n. **Κλειταγόρα** p. 854

Τελέας: notatur cum Morycho, aliis, tanquam *τένθης*: *ὀψωνοῦντας τυρβάζεσθαι Μορύχῳ, Τελέᾳ, Γλαυκέτῃ, ἄλλοις τένθαις πολλοῖς* Pac. 1008;

> *ἐκεῖ παρ' ἡμῖν τοὺς πετομένους ἦν ἔρῃ*
> *'τίς ὄρνις οὗτος;' ὁ Τελέας ἐρεῖ ταδί*
> *"Ἄνθρωπος ὄρνις ἀστάθμητος πετόμενος,*
> *ἀτέκμαρτος, οὐδὲν οὐδέποτ' ἐν ταὐτῷ μένων."*

Av. 168—170, quae Teleam de aliis dicere facit Comicus, quia Teleas ipse erat talis; *ἔπεμψε τίς σε δεῦρο* rogat *ἐπίσκοπον* Pithetaerus cui ille *φαῦλον βιβλίον Τελέου τι* Av. 1025, i. e. diploma vile, quod quasi iratus dicit quod cum mandatis aliorsum sit missus nec domi licuerit ei manere et res magis arduas expedire. BERGLER. Phrynichus *Μονοτρόπῳ* fr. ii carpit eum ut *ἀνώμαλον* (i. q. *ἀστάθμητον*) *πίθηκον*; Plato *Σύρφακι* fr. ii, teste scholiasta, dicit de eo *νοεῖ μὲν ἕτερ' ἕτερα δὲ τῇ γλώττῃ λέγει*

Τελμησῆς: fabula Aristophanis, cuius fragmenta vide p. 751 seq.

Τερηδών: puer tibicen: *σὺ δ', ὦ Τερηδών, ἐπαναφύσα Περσικόν* Th. 1175

[Τέρπανδρος]: Suidas s. v. *ἀμφιανακτίζειν*: *ᾄδειν τὸν Τερπάνδρου νόμον τὸν*

ιλούμενον ὄρθιον· ἔστι δὲ καὶ ἐν Εὐναίᾳ καὶ ·'Αναγύρῳ fr. XX, quem imitatur Nub. 595. .b eo inventum Βοιώτιον μέλος Ach. 14

Τετράπολις: Atticae pars erat Tetraolis, ex quattuor oppidis (δήμοις) conans, quorum unum erat Marathon. teph. Byzant. Τετράπολις (χώρα) τῆς .ττικῆς ἔχουσα δήμους καὶ πόλεις τέτταρας, ἰνόην, Προβάλινθον, Τρικόρυθον, Μαραθῶνα. ὕτη πρότερον ἐκαλεῖτο 'Υττηνία· οἱ οἰκήτο·ς τετραπολεῖς καὶ τετραπολῖται: trabo VIII p. 383: Ξοῦθος δὲ τὴν 'Ερεχθέως γατέρα γήμας ᾤκισε τὴν τετράπολιν τῆς .ττικῆς Οἰνόην, Μαραθῶνα, Προβάλινθον ιὶ Τρικόρυθον. Aristophanes ad pugnam [arathoniam respiciens:

μὴ νῦν ἔτ' ἐν τῇ τετραπόλει τοὔμον τρόπαιον εἴη

ys. 285. ELMSLEY ad Eur. Heracl. 91 ι' ἐκ τίνος γῆς, ὦ γέρον, τετράπτολιν ἱνοικον ἤλθες λαόν;

Τεῦκρος: ὅθεν ἡμὴ φρὴν (loquitur Aesaylus) ἀπομαξαμένη πολλὰς ἀρετὰς ἐποίησεν ατρόκλων, Τεύκρων θυμολεόντων, Ran. ›41. Trilogiam Aeschyleam post Welckeım *Trilog. Aesch.* p. 439 constituit Fritzhius, *Armorum Iudicium*, *Thressas*, *ılaminias.* Prima fabula ignominiam, ecunda mortem Aiacis complectebatur; in rtia agebatur de Teucro. Et *Salamiiarum* quidem idem prorsus argumentum ıit quod Sophocles et ex eo Pacuvius in agoedia Τεῦκρος secuti sunt. Probabile ıt enim omnes has tragoedias in ira parna atque Teucri fuga versatas esse. eucri autem virtutem Aeschylus in *Saminiis* mulieribus dedita opera tractasse detur, quam eandem fortasse in *Myrmimibus* attigit atque inchoavit

Τήιος: 'Ανακρέων ὁ Τήιος Th. 161, ex be Teo, in media Ionia sito, oriundus

Τήλεφος: tragoedia Euripidea cognoinis in scenam commissa erat Ol. lxxxv 2 ıa cum *Alcmaeone, Cressis* et *Alcestide.* elephus omnium Euripidis heroum ınge miserrimus erat. De argumento bulae Hyginus fab. 101: 'Telephus, [erculis et Auges filius, ab Achille in ugna Chironis hasta percussus dicitur. x quo vulnere cum in dies tetro cruciatu angeretur, petit sortem ab Apolline, quod esset remedium. Responsum est ei neminem mederi posse, nisi eandem hastam qua vulneratus erat. Hoc Telephus ubi audivit, ad regem Agamemnonem venit et monitu Clytaemnestrae Orestem infantem de cunabulis rapuit, minitans se eum occisurum, nisi sibi Achivi mederentur. Achivis autem quod responsum erat, sine Telephi ductu Troiam capi non posse, facile cum eo in gratiam redierunt et ab Achille petierunt ut eum sanaret. Quibus Achilles respondit se artem medicam non nosse: tunc Ulixes ait: non te dicit Apollo sed auctorem vulneris hastam nominat. Quam cum rasissent, remediatus est. A quo cum peterent ut secum ad Troiam expugnandam iret, non impetrarunt, quod is Laodicen Priami filiam uxorem haberet: sed ob beneficium, quod eum sanarunt, eos deduxit, locos autem et itinera demonstravit; inde in Moesiam est profectus.' Telephi Euripidei habitum ridet Arist. Ach. 432 sqq. qui ei tribuit ῥακώματα 432, πιλίδιον Μύσιον 439, πτωχικὸν βακτήριον 448, σπυρίδιον 453, κοτυλίσκιον τὸ χεῖλος ἀποκεκρουμένον 459, χυτρίδιον 463. Nullam tragoediam saepius quam hanc parodia expressit Noster, ut Ach. 331 seqq. ubi Telephi partes agit Dicaeopolis, Orestis corbis carbonaria, Achivorum chorus; cui similis est locus Thesm. 690; ταῦτ' οἶδ' ὅτι ἂν ἔδρατε· τὸν δὲ Τήλεφον οὐκ οἰόμεσθα; νοῦς ἄρ' ἡμῖν οὐκ ἔνι Ach. 555, scio haec vos facturos fuisse, Telephum autem non idem putamus facere?; πρότερόν γ' ἐπτώχευες, Τήλεφος εἶναι Μυσὸς φάσκων Nub. 921 antequam disciplina tua (τοῦ ἀδίκου λόγου) tam multis probaretur, contemptus eras et egenus; ἄπαγε σεαυτὸν (Euripidem monet Dionysus) ἐκποδών, εἰ σωφρονεῖς, ἵνα μὴ κεφαλαίῳ τὸν κρόταφόν σου ῥήματι θενὼν ὑπ' ὀργῆς ἐκχέῃ τὸν Τήλεφον Ran. 853; cui respondet Euripides ἕτοιμος εἴμ' ἔγωγε δάκνειν δάκνεσθαι πρότερος...τἄπη, τὰ μέλη...καὶ νὴ Δία τὸν Πηλέα γε...κἄτι μάλα τὸν Τήλεφον, 860

Τῆνος: μία τῶν Κυκλάδων νῆσος· ἔστι δὲ σκοροδοφόρος καὶ δριμύτατα σκόροδα φέρει. SCHOL. σκορόδων Τηνίων Pl. 718

Τηρεύς: rex Thracum; hinc Lys. 563 ἕτερος δ' αὖ Θρᾷξ πέλτην σείων κἀκόντιον, ὥσπερ ὁ Τηρεύς; τὸν Τηρέα τὸν ἔποφ' ὃς ὄρνις ἐγένετ' (ἐκ τῶν ὀρνέων?) Av. 15; ὁ δὲ στόλος νῷν ἐστι παρὰ τὸν Τηρέα τὸν ἔποπα ib. 46; Terei fabula nota omnibus: vide Ovid. *Metam.* VI 411—676. Primus Sophoclei dramatis meminit Ar. Av. 100: ΠΕΙΘ. τὸ ῥάμφος ἡμῖν σου γέλοιον φαίνεται. ΕΠΟΨ. τοιαῦτα μέντοι Σοφοκλέης λυμαίνεται ἐν ταῖς τραγῳδίαισιν ἐμὲ τὸν Τηρέα: ubi scholia: ἐν γὰρ τῷ Τηρεῖ Σοφοκλῆς ἐποίησεν αὐτὸν ἀπωρνιθωμένον καὶ τὴν Πρόκνην. Inter Romanos poetas tragicos *Terea* scripserunt Livius et Attius, inter Graecos primus Sophocles, deinde Philocles (cf. Schol. Av. 281); item Carcinus, quibus adde comicos poetas Cantharum, Anaxandridem, Philetaerum

Τιθράσιος: v. s. n. **Γοργόνες** p. 801

Τιθωνός: ἄνδρα Τιθωνὸν (senem) σπαράττων Ach. 689 i. e. ὑπεράγαν γεγηρακότα, ἀπὸ Τιθωνοῦ τοῦ πάνυ γηράσαντος καὶ μεταβληθέντος εἰς τέττιγα. SCHOL. Tithoni senectus in proverbium abiit. Hor. *Carm.* II 16, 30 longa Tithonum minuit senectus: Mimnerm. ap. Stobaeum *flor.* 116, 33 Τιθωνῷ μὲν ἔδωκεν ἔχειν κακὸν ἄφθιτον ὁ Ζεὺς γῆρας, ὃ καὶ θανάτου ῥίγιον ἀθανάτου

Τιμόθεος: Pl. 180 Ὁ Τιμοθέου δὲ πύργος (διὰ σὲ ἐγένετο dicturus erat Cario, sed servi sermonem interrumpit Chremylus addito) ἐμπέσοι γέ σοι, utinam in caput tibi corruat teque perdat. Timotheus, Cononis filius (de cuius vita exposuit Cornelius Nepos), tunc temporis (i. e. quo *Plutus* demo editus est) archonte Antipatro incipiebat florere: et ut ex h. l. colligitur turrim aedificaverat, propter quam nimis eleganter et magnis sumptibus exstructam in invidiam eum trahit Aristophanes. PALMERIVS

Τιμόκλεια: Th. 373 ἔδοξε τῇ Βουλῇ τάδε τῇ τῶν γυναικῶν· Τιμόκλει' ἐπεστάτει· Λύσιλλ' ἐγραμμάτευεν, εἶπε Σωστράτη, de poena Euripidis. Imitatur formulam plebiscitorum, cuius exempla ante Euclidem archontem extant haec: psephisma apud Thucyd. IV 118 de induciis cum Lacedaemoniis faciendis: ἔδοξε τῷ δήμῳ: Ἀκάμαντις ἐπρυτάνευε, Φαίνιππος ἐγραμμάτευε, Νικιάδης ἐπεστάτει. Λάχης εἶπε...ποιεῖσθαι Andocid. *de myster.* 96, 2 B; exemplum a Luciano fictum *deor. concil.* c. 14 Ψήφισμα. ἀγαθῇ τύχῃ· ἐκκλησίας ἐννόμου ἀγομένης ἑβδόμῃ ἱσταμένου ὁ Ζεὺς ἐπρυτάνευε καὶ προήδρευε Ποσειδῶν, ἐπεστάτει Ἀπόλλων, ἐγραμμάτευε Μῶμος Νυκτός, καὶ ὁ Ὕπνος τὴν γνώμην εἶπεν: quibus in praescriptionibus initium facit formula ἔδοξε τῇ βουλῇ καὶ τῷ δήμῳ; dein indicatur tribus, cuius eo tempore Prytania fuerit, post hanc scribae nomen atque epistatae, postremo rogationis lator. Vide Schoemann. *de com. Athen.* p. 131 seq.

Τίμων: Echecratis filius, Colyttensis (Luc. *Tim.* 7, 50), qui divitiis perditis vitam egit solitariam atque eo asperitatis processit prorsus ut hominum lucem aspectumque fugeret νὴ τὸν Δί' ἀεὶ δῆτα θεομίσης, ἔφυς Τίμων καθαρός, i. e. *a* TIMON *to the backbone*, Av. 1549 (conf. Antiphanes 10: καθαρὸς δοῦλος, οἱονεὶ ἀπηκριβωμένος: Alciphron. 3, 21: Παρμενίων ζημιὰ καθαρά, Plautus *Pseudul.* IV 7, 103: purus putus hic sycophantast). Lucianus in cognomini dialogo facit eum sic dicere c. 34 πάντας γὰρ ἅμα καὶ θεοὺς καὶ ἀνθρώπους μισῶ. Chorus mulierum in Lysistr. 808 seqq.

Τίμων ἦν τις ἀΐδρυτος ἀβάτοισιν
ἐν σκώλοισι τὰ πρόσωπα περιειργμένος,
Ἐρινύος ἀπορρώξ.
οὗτος ἄρ' ὁ Τίμων
ᾤχεθ' ὑπὸ μίσους
πολλὰ καταρασάμενος ἀνδράσι πονηροῖς.
οὕτω κεῖνος ὑμῶν ἀντεμίσει
τοὺς πονηροὺς ἄνδρας ἀεί,
ταῖσι δὲ γυναιξὶν ἦν φίλτατος.

(ad v. ἀΐδρυτος, exsecrabilis, vide Meinek. *Fr. Com. Gr.* II p. 135). Miram istam Timonis vivendi rationem non pauci videntur secuti esse, quod apparet vel ex Lysiae oratione in *Timonem* e qua fragmentum insigne servavit Suidas I p. 875 οἱ δ' ἀλαζανεύονται μὲν Τίμωνι παραπλησίως καὶ ἐσχηματισμένοι περιέρχονται ὥσπερ οὗτος. Phrynichi Μονότροπος, quae cum Aristophanis *Avibus* et Amipsiae *Comastis* acta est Ol. XCI 2, nomen habet inditum

b homine tristi et moroso, qui Timonis
ıstar solitariam vitam sequeretur. Ipse
it (fr. I Meineke II p. 587):

> ὄνομα δέ μοὐστὶ Μονότροπος * * *
> * * * ζῶ δὲ Τίμωνος βίον
> ἄγαμον, ἄδουλον, ὀξύθυμον, ἀπρόσοδον,
> ἀγέλαστον, ἀδιάλεκτον, ἰδιογνώμονα.

[Τισάμενος]: *τισαμενοφαινίππους* Ach. 03 ubi ob *πανουργίαν* cum Phaenippo oniungitur. Vide Mein. *Hist. Crit. Com.* . 242

Τισιάδης: senex iudex, Vesp. 400

Τιτᾶνες: *πρότεροι Τιτάνων ἐγένεσθε* ιves alloquitur Pithetaerus) Av. 469

Τληπόλεμος: Nub. 1267, *τί δαί σε 'Ληπόλεμός ποτ' εἴργασται κακόν;* 'claıitaverat enim aliquis cui in certamine uruli currus per Tlepolemi vel dolosam el inconsideratam aurigationem esset conactus.' G. HERMANN. Vide s. n. **Ξενολέης**

Τραγασαῖος: *ὡς Τραγασαῖα φαίνεται* ιch. 808 ubi ludit poeta *παρὰ τὸ τραγεῖν*, imul ad Troadis urbem *Τραγασάς* respexit: *ζων κακὸν τῶν μασχαλῶν πατρὸς Τραγααίου* Ach. 853 (ubi alludit poeta ad *τράον* (latine, hircum olere), ut supra ad *ραγεῖν*. Tales vocantur *τραγομάσχαλοι* 'ac. 814. Conf. Horat. Epod. XII 5: polypus an gravis hirsutus cubet hircus ı alis')

Τριβαλλός: in *Avibus* inducitur legaus a diis cum Hercule et Neptuno ad Pitheaerum in verendo et Thracico habitu, 1567 qq.; loquitur ut intellegi non possit, 1617, 628; Herculi astipulatur 1678 seq. ΙΕΙΘ. *ὄνομα δὲ τούτοις τοῖς θεοῖς τοῖς βαρβάροις τί ἐστίν;* ΠΡ. *ὅτι ἐστίν;* *Τριβαλλοί*. ΙΕΙ. *μανθάνω. ἐντεῦθεν ἄρα τοὐπιτριβείης γένετο* Av. 1528. Triballi imagine exrimere voluit Comicus Atheniensium culum alienigenarum Deorum: nam Triballi ens Thraciae ferocissima et parum libealiter exculta erat, quam propter importuos mores comici saepe notaverunt. Abectam horum hominum et profligatam itam accurate describit Demosthenes in *Conon.* § 39 p. 1269. Propter importunos t inconditos mores eos notavit Alexis in *Somno* ap. Athenae. XV p. 671 D (Meinek. III p. 494):

> οὐδ' ἐν Τριβαλλοῖς ταῦτά γ' ἐστὶν ἔννομα,
> οὗ φασι τὸν θύοντα τοῖς κεκλημένοις
> δείξαντ' ἰδεῖν τὸ δεῖπνον, ἐς τὴν αὔριον
> πωλεῖν ἀδείπνοις ἅπερ ἔθηκ' αὐτοῖς ἰδεῖν.

Τριπτόλεμος: *ὁ γὰρ 'Αμφίθεος Δήμητρος ἦν καὶ Τριπτολέμου· τούτου δὲ Κελεὸς γίγνεται* Ach. 47: *ὦ Τριπτόλεμε καὶ Κελεὲ περιόψεσθέ με* Ach. 55

Τριτογένεια: Pallas Tritogenia; *ὥστε μ' ἀπάγχεσθ' ὅταν ὀρχεῖσθαι Παναθηναίοις δέον αὐτοὺς τὴν ἀσπίδα τῆς κωλῆς προέχων ἀμελῇ τῆς Τριτογενείας* Nub. 989 (i.e. non curat eam cui saltatio instituitur); *σὲ καλῶ ξύμμαχον, ὦ Τριτογένει', ἤν τις ἐκείνας ὑποπίμπρησιν ἀνήρ, φέρειν ὕδωρ μεθ' ἡμῶν* Lys. 348; *ἡ Τριτογένεια αὐτὸν ἐνετριτώνισεν* (sc. *τὸν οἶνον*) Eq. 1189: i.e. tribus aquae portionibus miscuit. Verbum a Comico confictum est: dixerat alter *τὰ τριὰ φέρων καλῶς*. Vide Herod. IV 180 et ibi Baehrii notam de ratione nominis; VII 141

Τριφαλῆς: fabula Aristophanis; vide fragmenta p. 752—p. 753

Τροία: *προδοῦσα Μενέλεων τὸν ἐμὸν ἐν Τροίᾳ πόσιν* Th. 901 (loquitur Mnesilochus Helenam Euripideam referens)

Τρυγαῖος: *Τρυγαῖος 'Αθμονεύς, ἀμπελουργὸς δεξιός, οὐ συκοφάντης οὐδ' ἐραστὴς πραγμάτων* Pac. 190: In *Pace* de rebus Graecorum vehementer sollicitus et Iovis de patria consilia scire cupiens post vana temptamina ingentem cantharum sive scarabaeum sibi comparat, eo tamquam Pegaso in caelum escensurus et Iovem conventurus. 1—78. In cantharo caelum versus evehitur, servis et filiabus frustra retinere cupientibus, 79—176. Ad ianuam Iovis auscultat Mercurius primum truculentus, sed oblatis carnibus mox placatus, 177—194. Ab hoc audit Trygaeus iratos Graecis usque belligerantibus deos caelum cessisse Bello, qui Pacem in antrum profundum concluserit, 195—226. Exit Bellum ut urbes in mortario contundat; sed cum pistillum neque Athenis neque Lacedaemone ipsi afferatur (Cleone et Brasida mortuis) ipse novum sibi facturus intrat; hoc tempus

auspicatus Trygaeus convocat agricolas, mercatores, fabros, opifices, omnes denique malis belli pressos ut Pacem ex antro ligonibus et vectibus eruant, 227—300. Exultans advenit chorus agricolarum, quem Trygaeus aegerrime continet ne clamando et saltando excitet Bellum intus, 301—345. Trygaeus opus parans Mercurii minis arcetur; tandem precibus per carnes oblatas, coniuratione solis lunaeque in deos revelata et praemiis festorum promissis a Trygaeo placatur, 361—427. Libationem facit cum choro et bene precantur pacem cupientibus, male fugientibus; deinde cum Mercurio incumbunt operi, populis prout res ipsorum ferebat bene aut male trahentibus, 431—511. Ubi tandem agricolae soli Pacem eruunt, eam laetus salutat Trygaeus et agricolas cantato paeane ad desideratum nimis diu opus et rus gratum abire iubet, 520—581. Ab Mercurio caussas belli in longum extracti discit, 615—656. Mercurio respondet ad ea quae Pax per eum interrogabat, 657—705 et cum Opora, comite Pacis quam in matrimonium accipit et cum Theoria senatui tradenda de caelo descendit, 706—728. Famulo narrat quae in aëre viderit, 819—885. Prytanibus et senatui tradit Theoriam, 886—908. Parat sacrificium Paci, 909—1043: illudit Hierocli, 1044—1126; conspicitur nuptias epulans: adeunt falcarius et cadorum fabricator ei gratulantes et dona offerentes, 1191—1208: invitantur ad cenam. At cristarum armorumque et telorum fabros contumeliose dimittit, 1209—1264. Veniunt pueri cantatum; unus bellica inchoat, aegre correctus a Trygaeo, qui cum Lamachi puerum esse rescivit abigit, 1265—1294; advocat Cleonymi puerum, qui Archilochea de clypeo abiecto canit, 1295—1304. Iam agricolas invitat, ut postquam diu esurierunt, nunc se lautis epulis ingurgitent, 1305—1515. Sponsa inter taedas procedit; Trygaeus a choro hymenaeum canente rus suum humeris asportatur, 1316—1356

Τυνδάρεως: pater Helenae; Thesm. 859; *τὴν Τυνδάρειον παῖδα*, ib. 919

Τυνδαρίδαι: *κλεῶα...Τυνδαρίδας ἀγασώς, τοὶ δὴ πὰρ Εὐρώταν ψιάδδοντι* Lys. 1301 h.e. *κλείουσα Τυνδαρίδας ἀγαθοὺς οἱ δὴ παρὰ Εὐρώταν ψιάζουσιν*

Τυρώ: fragm. LXXXIII apud Eustathium p. 1335, 20:

> *ψελλόν ἐστι καὶ καλεῖ*
> *τὴν ἄρκτον ἄρτον, τὴν δὲ Τυρὼ τροφαλίδα*
> *τὸ δ' ἄστυ σῦκα.*

Docuit huius tituli fabulam Sophocles, cuius argumentum adumbrat Apollodorus I. 9, 8: *Ποσειδῶν δὲ εἰκασθεὶς Ἐνιπεῖ συγκατεκλίθη αὐτῇ* (sc. *Τυροῖ*), *ἡ δὲ γεννήσασα κρύφα διδύμους παῖδας ἐκτίθησιν.—ἱπποφορβὸς ἀμφοτέρους τοὺς παῖδας ἀνελόμενος ἔθρεψε καὶ τὸν μὲν—Πελίαν ἐκάλεσε, τὸν δὲ ἕτερον Νηλέα. τελειωθέντες δὲ ἀνεγνώρισαν τὴν μητέρα καὶ τὴν μητρυιὰν ἀπέκτειναν Σιδηρώ. κακουμένην γὰρ γνόντες ὑπ' αὐτῆς τὴν μητέρα ὥρμησαν ἐπ' αὐτήν, ἡ δὲ φθάσασα εἰς τὸ τῆς Ἥρας τέμενος κατέφυγε, Πελίας δὲ ἐπ' αὐτῶν τῶν βωμῶν αὐτὴν κατέσφαξε.* Conf. Aristot. *Poet.* c. 16: *ἐν τῇ Τυροῖ διὰ τῆς σκάφης* (*ἡ ἀναγνώρισις γίγνεται*). Hanc *σκάφην* ridet Noster Lys. I 39, vide p. 914 s. n. **Ποσειδῶν**

Τυφώς: deus vorticum, qui de profundis videbatur emitti. Eius vehementia adumbratur horrenda dei imagine 352 seqq., eam ipsam ob caussam dithyrambicis, ut videtur, pergrata: *γενναίως πρὸς τὸν Τυφῶ χωρεῖ καὶ τὴν ἐριώλην* Eq. 511; *ταῦτ' ἄρ' ἐποίουν* (*οἱ διθυραμβοποιοί*) *πλοκάμους ἑκατογκεφάλα Τυφῶ* Nub. 335 (ubi Berglerus; *Τυφὼς* est ventus vehemens, qui in verticem contortus intra densam nubem luctatur: qui si ibi accendatur, fit *πρηστήρ* et aerem igne inficit, ut docet Aristoteles *Meteor.* iii. 10. Veteres, qui res naturales fabulis involvere solent, unum ex gigantibus, qui diis bellum intulerunt, faciunt hoc nomine v. 352); *ἄρν' ἄρνα μέλαιναν, παῖδες, ἐξενέγκατε, τυφὼς γὰρ ἐκβαίνειν παρασκευάζεται* Ran. 847 (conf. Vergil. *Aen.* III 120: (mactavit) nigram hiemi pecudem, zephyris felicibus albam).

Υ

Ὕλας: nomen servi; *ὁρᾶτε τὸν Ὕλαν δι' ἐμὲ μαστιγούμενον* Eq. 47

Ὑμήν: Ὑμὴν Ὑμέναι' ὦ in carmine
ıptiali Pac. 1335 et deinceps, Av. 1742,
751

Ὑπέρβολος: κοὐ ξυντυχών σ' Ὑπέρ-
ολος δικῶν ἀναπλήσει (D) Ach. 846; οὗτοι
ὡς ἅπαξ παρέδωκεν λαβὴν Ὑπέρβολος
I), τοῦτον δείλαιον κολετρῶσ' ἀεὶ καὶ (A)
ην μητέρα. Εὔπολις μὲν τὸν Μαρικᾶν (K)
ρώτιστον παρείλκυσεν—εἶθ' Ἕρμιππος αὖθις
) ἐποίησεν εἰς Ὑπέρβολον, ἄλλοι τ' ἤδη
άντες (H) ἐρείδουσιν εἰς Ὑπέρβολον Nub.
54—558; λαχὼν Ὑπέρβολος τῆτες ἱερο-
ημονεῖν (G) κἄπειθ' ὑφ' ἡμῶν τῶν θεῶν τὸν
έφανον ἀφῃρέθη· μᾶλλον γὰρ οὕτως εἴ-
ται κατὰ σελήνην ὡς ἄγειν χρὴ τοῦ βίου
ς ἡμέρας Nub. 623—626; Ὑπέρβολος
οὐκ τῶν λύχνων (C) πλεῖν ἢ τάλαντα πολλὰ
ληφε διὰ πονηρίαν· (H) ἀλλ' οὐ μὰ Δί' οὐ
χαιραν Nub. 1065; κοὐκ ἐγχανεῖταί σ'
απατῶν (H) Ὑπέρβολος Vesp. 1007;
ıc. 681; Mercurio sciscitanti quisnam
ατεῖ τοῦ λίθου τοῦ 'ν τῇ πυκνί (sc. τοῦ
ματος) respondet Trygaeus Ὑπέρβολος
ν τοῦτ' ἔχει τὸ χωρίον (F), et cum detest-
ır Pax quod ὁ δῆμος αὐτῷ πονηρὸν προ-
άτην ἐπεγράψατο, ait, οὐκέτ' αὐτῷ χρη-
μεθ' οὐδέν, ἀλλὰ νῦν ἀπορῶν ὁ δῆμος
ιτρόπου καὶ γυμνὸς ὢν τοῦτον τέως τὸν
δρα περιεζώσατο, quo remp. administrante
βουλότεροι γενησόμεσθα...... ὅτι τυγχάνει
χνοποιὸς ὤν (C), προτοῦ μὲν οὖν ἐψηλα-
ῶμεν ἐν σκότῳ τὰ πράγματα, νυνὶ δ' ἅπαντα
ὸς λύχνον βουλεύσομεν; Th. 839—845

...... τῷ γὰρ εἰκός, ὦ πόλις,
Ὑπερβόλου καθῆσθαι μητέρ' ἠμφιεσμένην
κὰ καὶ κόμας καθεῖσαν πλησίον τῆς Λαμάχου,
δανείζειν χρήμαθ' ἣ χρῆν, εἰ δανείσειέν τινι,
τόκον πράττοιτο, διδόναι μηδέν' ἀνθρώπων τόκον,
' ἀφαιρεῖσθαι βίᾳ τὰ χρήματ', εἰπόντας τοδί
ξία γοῦν εἶ τόκου, τεκοῦσα τοιοῦτον τόκον.'

et (I); φασὶν αἰτεῖσθαί τιν' ἡμῶν (loqui-
una triremium) ἑκατὸν ἐς Καλχηδόνα
δρα μοχθηρὸν πολίτην ὀξίνην Ὑπέρβολον
. 1303 (E); ἄρας μετέωρον ἐς τὸ βάραθρον
βαλῶ, ἐκ τοῦ λάρυγγος ἐκκρεμάσας (tam-
am lapidem) Ὑπέρβολον Eq. 1363;
λλῶν γὰρ ὑμῖν ἄξιος Τρυγαῖος ἀθμονεὺς
ύ, δεινῶν ἀπαλλάξας πόνων τὸν δημότην...
ύν, Ὑπέρβολόν τε παύσας (H) Pac. 918;
ἢ πάντα λέων συγχαίρειν...Ὑπέρβολον
λάσαντας (H) Pac. 1317; σὺ δ' ἔμοιγε
(κάλεσον τὸν προστάτην) Ὑπέρβολον (I
Ran. 570 (ubi auxilio vocatur a caupona in
Orco). Plutarchus *Vit. Niciae* cap. xi: Ὑπέρ-
βολος, ὁ Περιθοίδης, ἄνθρωπος ἀπ' οὐδεμιᾶς
τολμῶν δυνάμεως, ἀλλ' ὑπὸ τοῦ τολμᾶν εἰς
δύναμιν προελθὼν καὶ γενόμενος, δι' ἣν εἶχεν
ἐν τῇ πόλει δόξαν, ἀδοξία τῆς πόλεως. Natus fuit patre obscuro, omnique contumeliae genere oppleto, ut quem in publica moneta servili conditione habitum fuisse tradat Andocides apud Scholiastam Vesp. 1001 (περὶ Ὑπερβόλου λέγειν αἰσχύνομαι· οὗ ὁ μὲν πατὴρ ἐστιγμένος ἔτι καὶ νῦν ἐν τῷ ἀργυροκοπείῳ δουλεύει τῷ δημοσίῳ, ὡς δὲ ξένος ὢν καὶ βάρβαρος λυχνοποιεῖ); matre autem (A) inhonesta et famosa, siquidem pistrix erat; pistricium autem abiectam et libidinosam vitam notavit Anacreon *Fr.* XX *ed. Bergk*. Ipse non germanus erat Atticus, sed peregrina origine, propter quam Maricantem eum appellavit Eupolis in cognomini fabula, Perithoidarum pago (in quem plurimos peregrinos recipi solere tradit Photius p. 417, 3) adscriptus: barbaram eius et minus atticam orationem castigat Plato in *Hyperbolo* apud Herodianum περὶ μονήρους λέξεως p. 19, 25:

ὁ δ' οὐ γὰρ ἠττίκιζεν, ὦ Μοῦσαι φίλαι,
ἀλλ' ὁπότε μὲν χρείη διῃτώμην λέγειν,
ἔφασκε 'δητώμην,' ὁπότε δ' εἰπεῖν δέοι
ὀλίγον ἔλεγεν ὄλιον.

Lucernis fabricandis vitam sustentavit ex qua arte satis largas opes homo conquisivisse videtur: hinc acerbissime a comicis irridebatur, ut Cratino in *Pytine* Ὑπέρβολον δ' ἀποσβέσας ἐν τοῖς λύχνοισι γράψον Eq. 739, 1316, 1327, Pac. 690, et Nub. 1064 ex quo loco satis largas hominem opes ex arte sua collegisse intellegitur. Neque id mirum in eo qui in conficiendis lucernis plumbo pro aere uteretur.

Antequam ad rei publicae tractationem accederet, quomodo aetatem transegerit non constat; nisi quod in foro multum versatus esse et cum defendendis tum vero maxime accusandis lacessendisque civibus operam dedisse perhibetur Ach. 846 (D). Sed ad rempublicam eum tractandam mature et praeter aetatem accessisse ex Cratino tradit Scholiasta Luciani *l.l.* p. 155

Κρατῖνος ἐν Ὥραις ὡς προσελθόντος νέου τῷ βήματι μέμνηται καὶ παρ' ἡλικίαν. Qua in re eum adiuvit incredibilis quaedam impudentia, et turpissima socordis plebeculae adulatio: neque enim dicendi copia hominem valuisse et eloquentiae illecebris populi animos sibi conciliasse, vel illud documento est, quod ipse apud Eupolin nihil se ex musicis scire nisi litteras ingenue fatetur; vide Quintilian. *Inst. Orat.* I. 10, 18; cf. Equit. 188. Ne attice quidem eum locutum esse tradit Plato ubi supra. Sed quoad Cleon reipublicae praeesset, Hyperbolo nonnisi secundas in civitate agere licuit, quanquam vel sic satis magna iam tum apud cives auctoritate floruit, adeo quidem ut populus Ol. lxxxviii 4 totum se lucernarum venditoribus tradidisse dici posset ab Aristophane Eq. 149. Eodem tempore flagitavit (E) ut classis sibi ad maritimam expeditionem contra Chalcedonios a populo traderetur, nullo tamen ut videtur successu, Equit. 1303. Mortuo autem Cleone (Olymp. lxxxix 3 praeterpropter), tantam consecutus est auctoritatem, ut cum solus fere in foro regnaret Pac. 681 (F), et potentissimum quemque civium incredibili licentia et procacitate lacesseret et quemcunque populus vellet omnibus modis vellicaret (Plutarch *Alcib.* c. 13 coll. Maximo Tyrio *Diss.* xiii p. 237), Athenienses eum tamquam genium quendam suspicerent a cuius nutu et arbitrio suspensi tenerentur, Dio Chrysost. *Orat.* 25 p. 282 A. Quid quod tanto perditissimum hominem favore amplectebantur, ut quamquam munera ab Aegyptiis populo dono missa, tamen exercitui eum praeficerent et Hieromnemonis munere (G) ornarent Nub. 620. Tandem insperato de summo, ad quod malis artibus adscenderat, potentiae auctoritatisque fastigio deiectus est, et machinante potissimum Alcibiade ostracismi iudicio damnatus est Ol. xci 4. Ceterum Athenienses, qui non διὰ δυνάμεως καὶ ἀξιώματος φόβον ἀλλὰ διὰ πονηρίαν καὶ αἰσχύνην τῆς πόλεως (Thucyd. VIII 73) improbum hominem honestissimo poenae genere damnavissent, mox facti adeo poenituit, animadvertentes quam turpe et indignum esset facinus vilissimum hominem ea poena honorare, qua olim Aristidem ceterosque optime de republica meritos cives afficere solebant. Itaque ostracismus abrogatus est. Recte enim Plato Comicus in *Hyperb.* fr. 2 ait:

> καίτοι πέπραγε τῶν τρόπων μὲν ἄξια,
> αὐτοῦ δὲ καὶ τῶν στιγμάτων ἀνάξια·
> οὐ γὰρ τοιούτων οὕνεχ' ὄστραχ' εὑρέθη.

Ita igitur exilio multatus Hyperbolus in Samum insulam secessit, ubi Ol. xcii 1 a popularis imperii adversariis necatus corpusque eius contumeliosissime tractatum et in mare abiectum est, quod constat auctoritate Thucydidis VIII 73. Tam improbum igitur civem, in quo nullum plane virtutis vel ingenii vestigium eluxit, non mirum est veteres Comicos quasi de composito quacunque ratione possent, vexasse et contumeliis proscidisse (H). Ne mortuo quidem pepercisse nostrum docent Thesm. 839 sqq. et Ran. 570 (I). Cfr. Ciceron. *Brut.* c. 62; *de Republ.* iv 10. Sed prae ceteris illum Eupolis in *Maricante* Ol. lxxxix 3 acta (K), Hermippus in *Pistri cibus* (L), Plato denique in cognomin fabula Ol. xci 1 (?) vexaverunt; conf. Nub. 551 seqq. MEINEKIVS *Hist. Crit. Com. Graec.* pp. 137—139, 188—195; confe BERGK *Comm. de R. C. A. A.* pp. 206, 250, 308 sqq., 354 sqq.; COBET *Obs. i. Plat. Com.* p. 136 sqq.

Ὑποδεδιώς: meticulosus; ficta avi Libyca, Av. 65

Ὑψιπύλη: filia Thoantis: Lemn fr. 2 ἐνταῦθα δ' ἐτυράννευεν Ὑψιπύλης πατὴ Θόας, βραδύτατος ὢν ἐν ἀνθρώποις δραμεῖν v. s. n. **Θόας** p. 836

Φ

Φαίαξ:

> σοφός γ' ὁ Φαίαξ, δεξιῶς τε κατέμαθεν·
> συνερκτικὸς γάρ ἐστι καὶ περαντικὸς
> καὶ γνωμοτυπικὸς καὶ σαφὴς καὶ κρουστικὸς
> καταληπτικός τ' ἄριστα τοῦ θορυβητικοῦ,

Eq. 1377. De Phaeace, quem δεινὸν ῥήτορα vocat scholiastes, minus honorific iudicat Plutarchus in *Vit. Alcib.* c. 13 ἀγῶνα δ' εἶχε (Ἀλκιβιάδης) πρὸς Φαίακ

..ὸν Ἐρασιστράτου—ἀρχόμενον, ὥσπερ αὐτός, ..ὐξάνεσθαι τότε καὶ γνωρίμων ὄντα πατέρων, ..λαττούμενον δὲ τοῖς τε ἄλλοις καὶ περὶ τὸν ..όγον. ἐντευκτικὸς γὰρ ἰδίᾳ καὶ πιθανὸς ..δόκει μᾶλλον ἢ φέρειν (φεύγειν?) ἀγῶνας ἐν ..ήμῳ δυνατός· ἦν γάρ, ὡς Εὔπολίς φησι,

λαλεῖν ἄριστος, ἀδυνατώτατος λέγειν.

..fr. Aul. Gell. *Noct. Attic.* i 15. Missus ..st cum duobus aliis legatis ante Chr. nat. ..22 decimo anno belli in Siciliam et Ita..am, vide Thucyd. v. 4, 5. Sunt qui ora..onem quae vulgo fertur Andocidis esse ..*ontra Alcibiadem* Phaeaci adsignandam ..sse putant, de qua quaestione adi disse..entes Taylor *Lect. Lysiac.* c. 6, Valckenaer ..*dvers.* apud Sluiteri *Lect. Andoc.* p. 17—..6, Ruhnken. *Hist. Crit. Orat. Graec.* p. lv ..sqq. (*Praef. ed. Rut. Lup.*)

Φαίδρα: Phaedra Euripidea; εἰ δὲ ..αίδραν λοιδορεῖ (Εὐριπίδης) ἡμῖν τί τοῦτ' ..στ'; Th. 497; ἐπίτηδες εὑρίσκων λόγους ὅπου ..υνὴ πονηρὰ ἐγένετο, Μελανίππας ποιῶν ..αίδρας τε Th. 547; μίαν οὐκ ἂν εἴποις τῶν ..ῦν γυναικῶν Πηνελόπην, Φαίδρας δ' ἁπαξ..πάσας Th. 550; οὐ Φαίδρας ἐποίουν πόρ..ας Ran. 1043 (de Euripide loquitur Aes..hylus); οὐκοῦν κελητίζεις ὅταν Φαίδραν ..οιῇς Th. 153; ἰδοὺ δίδωμι τήνδ' ἐγὼ γυναῖ..ά σοι Φαίδραν, Polyid. fr. 2 (ubi vide ..dn.)

Φαιδρίας: nomen senis, Lys. 356

Φαιναρέτη: fictum nomen, Ach. 49

Φαίνιππος: Ach. 600, vide s. n. **Τισάενος**

Φαλήνιον: locus fictus a φάλητι: He..ychius: τὸν Ἀλκιβιάδην φησίν ὁ Ἀριστο..άνης ἐπὶ Φαληνίου γεγενῆσθαι, σκώπτων ..αρὰ τὸν φάλητα· ἐπασχητία γάρ

Φαληρικός: ἀφύας ἄρ' ἄξεις Φαληρικάς ..ch. 901; τότε μὲν ἐρᾷ φαγεῖν ἀφύας Φα..ηρικάς Av. 76; μηδὲ τὰ Φαληρικὰ τὰ ..ικρὰ τάδ' ἀφύδια Tagen. fr. x

Φαλῆς: Φάλῆς ἑταῖρε Βακχίου Ach. ..63, 271, 276. Phallici carminis usum ..enovavit Aristophanes in *Acharnensibus* ... 263—279: vide p. 270 sqq.

Φαναί; ἔστι δ' ἐν Φαναῖσι πρὸς τῇ ..Κλεψύδρᾳ πανοῦργον ἐγγλωττογαστόρων γέ..ος Av. 1694—6. Erat Phanae promontorium et portus insulae Chii, Thucyd. VIII 24, Vergil. *Georg.* II 98; sed in hoc loco nihil nisi alludit poeta ad verbum φαίνειν

Φανός: καί σ' αἰτῶ βραχύ, ὅπως ἔσομαι σοι Φανὸς ὑπογραφεὺς δικῶν Eq. 1254 (isiciarium rogat Chorus): οἱ δὲ συμπόται εἰσὶν Θέωρος, Αἰσχίνης, Φανός, Κλέων Vesp. 1220. Fortasse scriba fuit Cleonis familiaris

Φαρνάκης: ἐκκλησία περὶ Φαρνάκου Av. 1030; ἔστιν ἃ δι' ἐμοῦ πέπρακται Φαρνάκῃ ib. 1028, ubi arroganter dicit ἐπίσκοπος sibi negotia intercedere cum Satrapa Dascylitidis (Thuc. II 67, V 1). Plerique autem Persarum satrapae cum Lacedaemoniis faciebant, vide Thucyd. VIII 6, ibique Dukerum. Athenienses igitur illos in suas trahere partes studebant. BECKIVS

Φάρσαλος: πρεσβεύων ἐς Φάρσαλον ᾤχετ' Ach. 1271 de Amynia q. v. p. 790

Φασιανικός: homo dicitur ut de patria: sed est pro sycophanta a φαίνω Av. 68; similiter

Φασιανὸς dicitur συκοφάντης comice ex Phaside oriundus esse Ach. 726: conf. Steph. Byzant. Φᾶσις: πόλις τῆς Αἴας· τὸ ἐθνικὸν Φασιάτης καὶ Φασιατικὸς καὶ Φασιανός, ὡς Ἀριστοφάνης ἐν Ὁλκάσι; Nub. 109 οὐκ ἂν εἰ δοίης γέ μοι τοὺς φασιανοὺς οὓς τρέφει Λεωγόρας, h. e. ὀρνίθων γένος a Phaside flumine Colchidis traductum ac denominatum, Anglice *pheasants*

Φάϋλλος: ὅτ' ἐγὼ ἠκολούθουν Φαΰλλῳ τρέχων Ach. 215. De Phayllo Crotoniata, cursore pernicitate celeberrimo, videndus Herodot. VIII 47 ubi dicitur pugna Salaminia navi praefuisse Crotoniatarum, quam ipse ornaverat. Idem tradit ter eum Pythia vicisse. Accuratius ea tractavit Pausan. X, 9, 2, Plutarch. *Alex.* 34. Schol. Ὁ Φάϋλλος δρομεὺς ἄριστος ὀλυμπιονίκης, ὁπλιτοδρόμος περιώνυμος, ὃν ἐκάλουν ὁδόμετρον, ἦν δὲ καὶ πένταθλος ἐφ' οὗ καὶ ἐπίγραμμα τοιόνδε·

πέντ' ἐπὶ πεντήκοντα πόδας πήδησε Φάϋλλος,
δίσκευσεν δ' ἑκατὸν πέντ' ἀπολειπομένων.

ἐγένετο δὲ καὶ ἕτερος ἀθλητὴς ὀγδοὴν ὀλυμπιάδα νικήσας, καὶ τρίτος λωποδύτης. De grassatore loquitur Vesp. 1206 ὅτε τὸν δρομέα Φάϋλλον ὢν βούπαις ἔτι εἷλον διώκων λοιδορίας ψήφοιν δυοῖν, iudice Richtero qui adnotat 'λωποδύτης facete cursor ap-

pellatur. Filius enim dixerat ἐδιώκαθες, quod senex sensu forensi accipiens iudicii meminit quo adhuc catlaster persecutus sit Phayllum eumque, quamquam cursor fuerit, duobus calculis vicerit ob maledicta accusatum'

Φειδίας: πρῶτα μὲν γὰρ ἦρξεν ἄτης Φειδίας πράξας κακῶς Pac. 605; οὐδ' ὅπως αὐτῇ (τῇ Εἰρήνῃ) προσήκοι Φειδίας ἠκηκόη ib. 617. Confer Plutarchum in *Pericl.* 31 et 32, ubi cum alia tum haec leguntur: ὡς δὲ διὰ Φειδίου προσέπταισε τῷ δήμῳ φοβηθεὶς τὸ δικαστήριον, μέλλοντα τὸν πόλεμον καὶ ὑποτυφόμενον ἐξέκαυσεν (Περικλέης) ἐλπίζων διασκεδάσειν τὰ ἐγκλήματα καὶ ταπεινώσειν τὸν φόβον; et vide THIRLWALL. *Hist. Graec.* Vol. III p. 46; C. F. MVELLER de Phidiae *Vita* § 15

Φειδιππίδης: in Nubibus Strepsiadae filius et nobilis matris patrem suum rei equestris studio maximo aeri alieno obnoxium reddiderat 25 sqq. Expergefactus a patre rogatur ut philosophis se praebeat docendum artem sophisticam; sed spernit pallidos illos, ad Megaclem avunculum abiturus si a patre equis privetur, 80—125. Phidippides a patre evocatus stupet insanientem superbiam eius de novis doctrinis, quas apud Socratem hauserat: sed precibus eius cedit et docendum se praebet, praefatus olim haec patri in malum cessura 814—865, et Socrati maledicens, 870. Ingenium eius laudat pater, 877—881. Audit iustum et iniustum λόγους decertantes, uter ipsum utilius sit instituturus, 889—1104. Prodit iniusto λόγῳ probe institutus, pallidus, impudenti obtutu, 1165—1177 et statim de ἕνῃ καὶ νέᾳ die ut duabus, non una, argutatur et legem favere patri exponit, 1178—1200; quare ille cum immoderata laetitia filium domum ducit ad cenam, 1212. In qua iussus a patre canere Simonidis carmen, hunc morem ridet; tum Aeschyli carmen, eum poetam ut inflatum ridet et Euripidis versus incesti plenos canit: hinc iurgium cum patre, quem verberat et suffocat, 1354—1376. Prodit, certus se recte egisse et conviciis gaudens patris, 1325—1343. Iniusto λόγῳ persuadet patri iuste et aequo modo a filiis patres senes verberari, 1399—1439 at de matre idem probaturo exar descit Strepsiades, 1440—1447. Cui n auxilio sit in exurendo phrontisterio, caus satur pietatem in praeceptorem, et irride patrem, 1466—1471. ὀλίγον μοι μέλει εἶπε μεμάθηκεν εὖ λέγειν Φειδιππίδης Nub 114: οὔπω τότ' ἐξηπίστατο Φειδιππίδη μοι τὸν ἀκατάβλητον λόγον Nub. 1229: ib 66 ἐθέμεθα Φειδιππίδην (sub. ὄνομα; vide Heindorf. ad Platon. *Theaet.* p. 157 B) Φειδιππίδη, Φειδιππίδιον ib. 80; οὐ ἔστιν, ὦ Φειδιππίδη, Ζεύς Nub. 827

Φειδωνίδης: nomen patris Strepsiadae, Nub. 65 ἐγὼ δὲ τοῦ πάππου 'τιθέμην Φει δωνίδην (sc. ὄνομα); infra 134 Φείδων iden vocatur; de huiusmodi variationibus i nominibus propriis vide LOBECK *Aglaoph.* p. 996

Φελλεύς: ἐκ τοῦ Φελλέως Ach. 273 ὅταν τὰς αἶγας (ἐλαύνῃς) ἐκ τοῦ Φελλέω διφθέραν ἐνημμένος Nub. 71. Mons era Atticae, Parnethi continuatus Marathonem versus; qui ab ingenio terrae Φελλέω nomen invenit. Vide LEAKE *Demi o Attica* p. 6, 7; RVHNKENIVM ad *Timae Lex.* pp. 269, 270, qui laudat Stephanum Byzantinum Φελλεύς, ὄρος τῆς 'Αττικῆς, τάχα δ' οὐ μόνης τῆς 'Αττικῆς, ἀλλὰ παντὸ τοῦ τόπου ἔχοντος ἐπιπολῆς μὲν πέτρας, ὑπὸ ταύτης δὲ γῆν λιπαρὰν καὶ πρὸς ἐλαιοφυτείαν. Confer Cratinum Κλεοβουλίναις fr. II a Bentleio emendatum ἐπέδωκε βαλάνων ἄβακα τῶν ἐκ Φελλέως

Φένακες: daemones praesides fraudum, φενακισμῶν. Eq. 634 ἄγε δὴ Σκίταλο καὶ Φένακες, ἦν δ' ἐγώ

Φερέδειπνος: senis iudicis nomen, iudicando victum cotidianum parantis, Vesp. 401: ὦ Σμικυθίων καὶ Τισιάδη καὶ Χρήμω καὶ Φερέδειπνε

Φερσέφαττα: Proserpina; δέσποινα πολυτίμητε Δήμητερ φίλη καὶ Φερσέφαττα Th. 288 (ubi Mnesilochus quasi femina deas invocat ut sibi locupleti crebro Thesmophoria facere liceat); ὁ δεσπότης αὐτὸς ὑμᾶς γνώσεται χἠ Φερσέφατθ' ἄτ' ὄντε κάκείνω θεώ Ran. 670. Vide s. n. **Δημήτηρ** p. 802. Περσέφασσα, Περσεφόνη formae sunt veteris, quo tragici utuntur, atti-

ismi; recentioris autem Φερσεφόνη (Eupolis p Athenae. IX 397 E), Φερσέφαττα Demosth. *in Conon.* 8) FRITZSCH. ad Ran. 71. In *Ranis* Proserpinae ancilla initat Herculem fratrem ad lautas epulas, 03—518

Φθιώτης: Φθιῶτ' Ἀχιλλεῦ (ex Aeschyli *Myrmidonibus*) Ran. 1264

Φιλαινέτη: nomen muliebre, Eccl. 42

Φιλέψιος: Pl. 177 Φιλέψιος δ' οὐχ νεκα σοῦ μύθους λέγει; ubi schol. πένης ἦν ς λαλῶν ἱστορίας καὶ μύθους καὶ παίγνια ὕτως ἐτρέφετο. Meminit eius Demosth. *Timocr.* p. 743 § 134

Φιλήμων: Av. 763 ubi ut peregrinus erstringitur

Φίλιννα: nomen muliebre, Nub. 684

Φίλιππος: Φίλιππον τὸν Γοργίου 'esp. 421, vide s. n. **Γοργίας**, p. 801

Φιλίστη: nomen feminae, Th. 56

Φιλοδώρητος: nomen viri, Ecc. 51

Φιλοκλέης: Polypithis filius, Atheniensis, Aeschyli ex sorore nepos (cuius Morsiaus iste tragicus nequam filius, nepos autem uit Astydamas praeclarus auctor tragoeiae), inter mediocres poetas referendus, uamquam de Sophocle cum *Oedipum Tyrannum* docuit victoriam reportavit, uius mentionem praeter Dicaearchum fecit ristides II *adv. Platon.* p. 334 ed. Iebb., xprobrans Atheniensibus, quod Philolem praeposuissent Sophocli, quem ne eschylus quidem superare potuisset. Fieri potuit ut Sophocles favorem ideo bulis comparare non posset, quod regiuen Periclis impugnavit, nec aemulum blum in Pericle sed etiam gratiosiorem dversarium excitavit. Welcker. *Tragoed.* . I p. 250, III p. 967)

Oris eius deformitas comicis risum raebuit: e. v. 1295 κόρυδος Φιλοκλέει ν τοὔνομα, ubi cum alauda cristata comparatur, strumam eum Vatinianam ornasse onicit Fritzschius. Rectius quid sit aperit obis proverbium ap. Diogenianum VI 50: ετὰ Μουσῶν κορυδός: ἐπὶ τῶν ἀπαιδεύτων επαιδευμένοις συνόντων. Cfr. Leutsch. ad l. et Zenob. III 77: ἐν γὰρ ἀμούσοις καὶ ορυδὸς (κύκνου) φθέγγετ' ἀοιδότερος. Valcen. ad Eur. *Hippol.* 986. Secundum Agathonis sententiam indoles ex habitu poetae cognosci potest. Quod quo confirmet, Mnesilochus deformem corporis figuram Philocli tribuit in Th. 168

ταῦτ' ἄρ' ὁ Φιλοκλέης αἰσχρὸς ὢν αἰσχρῶς ποιεῖ.

Centum fabulas docuit, inter quas *Pandionis* tetralogia de qua Schol. Av. 282: οὗτος ὁ Φιλοκλῆς Ἔποπα ἐσκεύασεν ἐν τῇ Πανδιονίδι τετραλογίᾳ, οὗ ἡ ἀρχή·

σὲ τῶν πάντων δεσπότην λέγω.

In argumento exornando nonnumquam infeliciter versatus est, id quod versus Cratini (Meinek. *Com. Graec.* II p. 226) indicat:

ὅνπερ Φιλοκλέης τὸν λόγον διέφθορεν.

Quo illa mutatio avium pertinet, in fine *Pandionidis* instituta, cum Tereus in upupam sit conversus, Procne hirundinis, Philomela vero lusciniae formam induerit. Nec alia desunt in quibus vitiosa eius poesis reprehenditur. Velut Aristophanes Bdelycleonem in *Vespis* Xanthiae, qui vespas expellit, facit respondere v. 461:

ἀλλὰ μὰ Δί' οὐ ῥᾳδίως οὕτως ἂν αὐτοὺς διέφυγες,
εἴπερ ἔτυχον τῶν μελῶν τῶν Φιλοκλέους βεβρωκότες.

Apposite Scholiasta: ὡς τοῦ Φιλοκλέους ἀγρίου ὄντος ἐν τῇ μελοποιΐᾳ. Ὁ Σοφοκλῆς γὰρ ἡδύς, διὸ καὶ μέλιττα ἐκαλεῖτο. ἔπαιξεν οὖν, ὡς εἰ εἶπεν· εἴπερ τὴν πικρίαν αὐτοῦ καὶ τὴν σκληρότητα εἶχον, οὐκ ἂν αὐτοὺς ῥᾳδίως διέφυγες, ὡς τοῦ Φιλοκλέους ὄντος σκληροῦ σφόδρα καὶ δριμυτάτου. Pariter qui hunc modo Ἅλμην, modo Ἁλμίωνα, modo filium Ἁλμίωνος, modo Χολὴν appellarunt, nec mollitiem in fabulis eius invenerunt, nec teneritatem, qualis vulgo in carminibus exigitur. Schol. ad Av. v. 282. Plagii eum arguere videtur Av. 280 cum dicit upupam, in quam Tereus mutaretur in eius *Pandionide*, avum habere upupam ex Sophoclis Tereo. Sed totus locus obscuritate laborat: Dobraeo sensus videtur esse: 'ego sum Sophoclis Epops (qui ante Philoclem scripsit Tereum); cuius filius fuit Philoclis Epops; cuius filius est hic Epops, de quo loquimur; ergo sum huius avus: et forsan recte se habet vulgata, si construas

ἐκ Φιλοκλέους Ἔποπος. Vertit Hemsterhusius quasi esset τοῦ 'ξ Ἔποπος: et hoc fortasse verum: 'hic est filius Epopis ex (me) Epope prognati; ut statuamus Epopem minorem esse ipsum Philoclis Terea.—Sed expende locum 1295 ubi Philocles non vocatur Ἔποψ sed κορυδός.' Contra Brunckius vult illud 'dicere comicum Tereum: Epopem esse filium Philoclis, Epopis nepotem, se vero postremi huius Epopis (cuius non nominatur pater) avum esse, eadem nominum successione, qua in Calliae prosapia alternis sibi succedebant Hipponici et Calliae. Vide Perizon. ad Aelian. *V. H.* XIV 16. Quia vero altera illa avis, Epopi forma similis, foeda adspectu erat, ideo salse Comicus Epopem illum Philoclis filium esse fingit.'

In ea generis significatione, similem fabularum naturam et imitationem potius quam successionem earum irrideri vero simile est. Erant autem in *Pandionide* multae partes, quae vim amoris ostenderent quae inaudita haberent crudelitatis exempla, quae alias animi perturbationes repraesentarent quales tum maxime in scena expetebantur. KAYSER *Hist. Cr. trag.* pp. 46—57

